

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 52. Benedictus XIII. edit Bullam prorsus inanem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

deliberandum. Legati vero hasce *Dacher. spicilegium tom. 6.*  
 Benedicti tergiversationes pertaeserunt *cit. tom. 6.*  
 recedunt, & ad Villam novam prope *p. 133.*  
 Avenionem, ubi alias diversari solebant, revertuntur, rogantque Cardinales, ut si cum eis colloqui vellent, eo se conferrent. Igitur ad conditum locum omnes conveniunt, quos inter præcipuus erat **Cardinalis Florentinus**, & consultatione facta sexdecim vel octodecim eorum communione suffragio omnes viam cessionis approbant, excepto solo **Cardinale Pampilonensi**, qui intrusi Pontificis depositionem pro optima, & promptiore via habebat. Nec felicior erat quarti colloquii eventus, Pontifice cessionis viam constanter rejiciente, ac mutuum cum suo æmulo colloquium pertinacius expetente.

## §. LII.

*Benedictus XIII. edit Bullam prorsus inanem.*

**N**ihil a Benedicto impetrare poterant, nisi Bullam, quæ in pleno *Hist. Univ. Paris. tom. 6 p. 746.*  
*Hist. Ecclesiast. Tom. XXV.* I con-

confistorio præsentibus Cardinalibus,  
ac nonnullis Curiæ suæ Ministris, &  
**Galliæ Legatis** prælecta fuit, sequen-  
tes complectens articulos. I. Sub  
Protectione Regis Galliæ tam com-  
petitores, quam eorum Cardinales in  
loco seculo congregandos esse, ut de-  
liberarent de mediis unionis II. si-  
bi inconsultum videri, antequam sic  
congregarentur Cardinales senten-  
tiam suam de modo unionis aperire,  
timendum enim, ne malevolorum ar-  
tibus ejus consilia everterentur. III.  
Cum via cessionis (a se quidem in-  
cautius acceptata) nec a jure statuta,  
nec ad extinendum schisma a Pa-  
tribus unquam in usum deducta lege-  
retur, ne per ejusmodi peccamino-  
sam novitatem Dei offendam incur-  
reret, merito sibi timere. IV. Se  
quidem Principes exorasse, ut sibi  
hanc cessionis viam ad exitum dedu-  
cendi media indicarent, nullum ta-  
men ab eis responsum accepisse. V.  
Si per hanc viam unio obtineri ne-  
queat, eligendos esse utrinque arbit-  
ros, qui utriusque partis jura decide-  
rent.

rent. VI. Sin vero nec per colloquium, nec per arbitramentum concordia restitui posset, aliam se viam tunc propositurum, vel ab aliis proponendam acceptaturum, quæ foret rationi, legibus & honestati magis consona.

§. LIII.

*Principes re infecta Parisios reversi.*

**L**egati hanc Bullam sibi prælectam *Monach.* cum indignatione audientes di-  
scendunt: Duces vero cum Deputatis *Sandion.* *lib. 15. c. 10.* *et l. 16.*  
Academiæ, omnibusque Cardinalibus, exceptis tribus, conveniunt, super Pontificis constitutione deliberatur: quam, cum fallacibus artibus plenam censerent, communibus votis rejiciunt. Cardinales, quod res adhuc infecta esset, Principum discessum ægre ferentes, Benedictum adeunt, & flexis genibus obsecrant, ut cessionis viam amplecteretur; tandem etiam erectis ad cœlum manibus, omnibusque ferme lacrimantibus iterum iterumque eidem supplicant;